

M. AVRELI



FERRARIENSIS

M. AVRELI

GALVANI

DISSERTAT. VARIÆ

DE VSVFRVCTV.

Typis ...



M. AVRELII GALVANI

FERRARIENSIS DE VSVFRVCTV

DISSERTATIONES VARIAE.

Tractatibus nonnullis per occasionem intercita,

AC POTISSIMUM.

De { *Iure Nat. Gen. & Civ.*
Iure Familiae.
Iure Testamentorum.
Vsucapionibus, & Longi Tem-
poris Praescriptionibus.
Exaequatione Legatorum, & Fi-
deicommissorum.

De { *Pollicitationibus.*
Pactis Nudis.
Contractibus.
Dotis substantia.
Dominio.
Possessione.

Et, quod Leges Codicis non corrigant leges Digestorum.

Quibus Iustinianicum Ius, partim ad Antiqua Principia, cum Romanorum Antiquae Sapientiae reuocatur; partim multiplici vltro Veterum Historiarum illustratur.

*Dr. O. Inesio della
Soma*



PATAVII MDCL

Typis Pauli Frambotti Bibliopolae.
SUPERIORVM PERMISSV.

DE VSVFRVCTV.

DISSERTATIONES VARIAE.

De Vfusfructus Nomine, & Quid sit Vfusfructus in vniuersum consideratus.

Castill. de
Iust. ca. 1.
n. 1.

CAP. I.

- I. **V**erborum studium Iurisperitis necessarium explicata. l. scire 17. D. de legibus.
- II. *Vsus nomen.*
- III. *Vlpiani locus in l. 3. in princ. & in §. sed quod diximus. D. de pen. lega. per diludium declaratus, & emendatus.*
- IV. *Fructus vox.*
- V. *Vsusfructus verbum quam multa significet.*
- VI. *Quid sit vsusfructus in vniuersum consideratus.*



Eccarem fortasse in morem, ac rationem iuris, si De Vusufructu disputaturus, auspicarer aliunde, quam ab origine, ac declaratione istius vocis Vusufructus: Sanè enim Vlpianus noster (qui in Sapientum cœnis propter studiū verborum ab Athenæo dicitur Venator Nominum) lib. 1. Institutionum, positus vniuersi iuris fundamenta, sic exorsus est. *Iuri operam*

I. *Auctores in is Verborum studiis.*

Vlpianus, l. C. Verborum venator.

l. 1. D. de iust. & iur.

L. Aelius Gallus, l. C. de verb. significatioue.

Gaius l. C. de Origine Vocab.

Paulus, l. C. de Varijs Lectionibus.

daturum prius nosse oportet Vnde nomen iuris descendat, vt legitur in l. 1. in princ. D. de iust. & iur. in quibus illud Oportet hanc designat necessitatem, quæ imposita est iura docentibus, atque discuntibus. Hinc L. Aelius Gallus l. C. multos conscripsit libros De Verborum, quæ ad ius pertinent significatione, vt præter Gellium, Macrobiū, & Festum, produnt Pandectæ Florentini in epigraphæ. l. paries. 157. D. de verb. sign. Gaius quoque l. C. plures exaravit libros De Origine Vocabulorum, vt liquet ex Gellio Noct. Attic. lib. 11. cap. 17. qui septimum illorum laudat: neque enim dubitandum videtur, quin Gellius sit accipiendus de Gaio l. C. cum iste fuerit philologis, atque grammaticis valdè familiaris, vt præcipuè colligitur ex Seruio interprete Maronis. Paulus etiam in libro, quem inscripsit De Varijs Lectionibus accuratè vocum notationes explicauit, vt indicant fragmenta, quæ inde supersunt in l. institor. 18. D. de instit. act. l. 1. D. de oper. libert. & l. exceptio. 23. D. de exception. Ad hæc de